



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Stephani Balvzii Miscellaneorum Liber ... Hoc est,  
Collectio Veterum monumentorum, quæ hactenus  
latuerant in varijs codicibus ac bibliothecis**

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1679**

Bulla Adriani IV. qua confirmat ordinationem factam de Ecclesiis sanctæ  
Genovesæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14735**

*BVLLA ADRIANI IV. PAPÆ  
qua confirmat ordinationem factam de Eccle-  
siis sanctæ Genovesæ, salvis jure & rationa-  
bilibus consuetudinibus quas Episcopus Pa-  
risiensis habebat in eisdem.*

**A**drianus Episcopus servorum Dei venerabili fratri Theobaldo Parisiensi Episcopo salutem & apostolicam benedictionem. Quòd Ecclesias beate Genovesæ prædecessor noster felicitis memoriæ Papa Eugenius per regulares Canonicos ordinari præcepit, sicut ex litteris ejus agnovimus, non ad hoc fecit, neque id intellexit, ut tu vel successores tui aliquid de jure tuo, quod in eisdem Ecclesiis habuisse dinosceris, deberes amittere, aut justitiam Ecclesiæ tuæ auferri crederet vel minui, sed ut ipsæ Ecclesiæ potiùs ab honestis & religiosis viris quàm à lascivis & enormiter conversantibus servirentur. Nos igitur quod ipse super hoc statuit auctoritate sedis apostolicæ confirmantes, omnia jura & rationabiles consuetudines quas in prædictis Ecclesiis prædecessores tui hæcenus habuisse noscuntur, tibi tuisque successoribus sine ulla diminutione volumus conservari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum xvii. Kalendas Januarij.

AN. 1155.

